Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



36.

omnes diuites plebis. Omnis gloria eius
filie regis abintus: in fimbriis aureis cir
cumamicta varietatibus. Adducentur
regi virgines post eam: proxime eius affe
rentur. Afferentur in letitia et exultatione
adducentur in templum regis. Pro patri
bus nati sunt tibi filii: constitues eos
principes super omnem terram. Memores
erunt nominis tui: in omni generatione
et generatione. Propterea populi confite
buntur tibi in eternum: et in seculum seculi.
Sua p. An. Eructauit cor meum verbum bonum. Ps.
Deus noster refugium et virtus: adiu
tor in tribulationibus que inuenerunt
nos nimis. Propterea non timebimus
dum turbabitur terra: et transferentur mon
tes in cor maris. Sonuerunt et turba
te sunt aque eorum: conturbati sunt mon
tes in fortitudine eius. Fluminis impetus
letificat ciuitatem dei. sanctificauit tuber
naculum suum altissimus. Deus in medio eius
non commouebitur: adiuuabit eam deus mane
diluculo. Conturbate sunt gentes et in
clinata sunt regna: dedit vocem suam